

renti mihi in Jerusalem, & oranti in Templo fieri me in stupore mentis.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE II. Usque ad Vers. 21.

18. Act. 9. Galat. 1. Græcus. Arabic. Æthiop. Vers. 17. Revertenti mihi, tertio nempe anno a conversione mea, ut patet Act. 9. vers. 26. Galat. 1. n. 18. & cum essem in Templo orans, Fieri me in stupore mentis. Græcus, Arabicus, In extasi, ut raperer extra me. Æthiopic. In domo sancta obstupui. & in hac extasi iustus est Paulus prædicare ad gentes: Hæc autem extasis integro sexennio anterior fuit raptu Pauli in tertium Cælum, qui Antiochæ contigisse videtur?

19. Syriac. Lyran. Vers. 18. Et videre illum. Syriac. Vidi in visione explicat Lyran intellectuali, vel imaginaria, videre illum, scilicet Christum, dicentem Exi velociter ex Jerusalem, quia prævidebat Deus per suam infinitam scientiam, quod in te manus violentas injiciant, & Deus tunc volebat Paulum reservare ad multorum conversionem, & insuper Non recipient testimonium tuum de me.

20. Ingressus deservit Pauli de Jerusalem. Vers. 19. Et ego dixi, respondens ad Christum. D. Ipsi sciam, quam ferventer ego olim pugnavi de tu daismo contra tuam legem, ita ut tui nominis sequaces, concluderem in carceres, cadens Syriac. Verberans ac proinde cum me viderint tam subito mutatum pro nomine tuo pugnans contra Judaismum credent hoc non factum fuisse vi humana, sed miraculosè, impulsu divino, ecce quanto artificio Paulus procurat salutem Judæorum, ut ibi permaneat docens.

21. Vers. 20. Cum funderetur sanguis Stephani restis fuit; Protomartyris tui, qui ex adultis primus fuit qui pro te obtulit sanguinem ego astabam Arabic. Ego Assissem latus de nece illius, ac ut illius dux & promotor, & custodiebam vestimenta eorum, ut diligentius, ac fortius ipsum lapidarent, ut jam explicavi supra, cap. vers. 58.

QUÆSTIO IV.

Quare Christus mandat tam velociter exire Paulum de Jerusalem?

22. Apparet Dominus in visione Paulo, & ait illi vers. 18. Festina, & exi velociter de Jerusalem. Magnamque in hoc negotio diligentiam commendat Dominus duplici verbo, Festina velociter, & rationem subdit. Quoniam non recipient testimonium tuum de me. Ac proinde frustra consumes ibi tempus, quod in aliorum salutem utilissimum erit, proindeque inutiliter consumes ibi tempus, quo nihil est pretiosius.

Unde ait Apostolus, ad Ephes. 5. n. 16. Ambulate ut sapientes redimentes tempus; quoniam dies mali sunt. Preme verbum cum. Hieronymo Redimere, qui enim in malis, ac inutilibus operibus tempus consumit, tempus tamquam captivum habet, at vero, qui a malo avertit, & ad iustum, ac sanctum applicat, ipsum redimit ab omni prævaricatione, prout recta ratio, ac iustitia postulat. Ibi d. Hieronim. ait. Quando tempus in bono consumimus, illud proprium facimus, quod malitia humana venditum fuerat, sic & dies malos in bono vertimus & facimus illos non præsentis sæculi, sed

23. Ephes. 5. Qui bene operatur red. mit tempus captivi talis. D. Hieron. ait. Quando tempus in bono consumimus, illud proprium facimus, quod malitia humana venditum fuerat, sic & dies malos in bono vertimus & facimus illos non præsentis sæculi, sed

futuri. Et rationem subdit, quia dies mali sunt, ut pote breves multis miseris pleni.

Cum Jethro socer Moyses vidisset eum, quod solus causas, & negotia tam amplæ multitudinis, ac tot millium hominum iudicabat, ac discernebat quod quidem unus unius hominis vires excedebat & multorum iudicium senatum exquirebat, ait ille Moyse, Non bonam rem facis, stulto labore consumis tempus, qui in nullo aliquid proficuum facit, ibi Abulensis, Quando aliquis consumitur laborando, si labor iustus est, & quasi necessarius rectè fieri videtur, quando autem quis consumitur labore, & ille nihil proficit, labor ille est stultus talem iudicabat Jethro esse laborem Moyse.

Dicitur in Textu quod videns Deus hominum multiplicatam nequitiam super terram, dixit Deus Noë: Non permanebit Spiritus meus in æternum in homine; quia caro est, eruntque dies illius centum viginti annorum, Genes. 6. n. 3. Et quando Noe cepit ædificare arcam habebat ætatis quingentorum annorum, Genes. 1. n. 3. Et quando aquæ diluvii incepterunt, ait Textus Genes. 7. n. 6. Eratque Noë sexcentorum annorum quando aqua diluvii inundaverunt super terram. Ecce grandis difficultas, quæ gravissimorum Doctorum torquet ingenia, Deus in spatium promiserat centum, & viginti annos, quando ut patet ex computatione facta viginti diminuti sunt Nunquid Deus potest in promissis deficere? minime, sed ex sua Misericordia concessit illud tempus centum viginti annorum ut homo respiceret, & penitentiam ageret, quod ille contempserat, & qui tempore abuteretur ac inutiliter consummit, tempore privatur, tempusque illi adimitur. D. Chrysolost. in Genes. sic ait, Idcirco nunc tempus reserat, cuius longitudine abutuntur.

Cum à Sichem principe filio Henor fuisset commissum quoddam crimen fœdum contra Dinam sororem Simeonis, & Levi, quod valde agrè pertulerunt & cum Sichimitæ vellent fieri unum populum cum ipsis, & ut inter eos fierent connubia filii cum filiabus, dixerunt Simeon & Levi, quod fieri illud minime poterat, nisi ipsi Sichimitæ circumciderentur quod cum fecissent ingressi sunt Simeon, & Levi, cum paucis famulis, & omnes viros Civitatis interfecerunt in ore gladii, & quomodo à tam paucis Viris tota una populosa Civitas destruitur, & solo æquatur? Nota tempus quo hoc perpetrarunt Circumcisionis die tertio, quando gravissimus vulnerum dolor est ingressi sunt Urbem considerenter interfecit omnibus masculis, Gen. 34. vers. 15 explorarunt temporis opportunitatem, & illa oblata non permiserunt in vanum præterire. Richard. de S. Victore in lib. qui dicitur Benjamin, sic ait Quoniam modo tam pauci tantam potuerunt stragem efficere, sed nimium adjuvit eos electa opportunitas temporis, quando ipsos circumcisos, & ab ipsis occidendos, oppræsserat acerbitas doloris.

Act. 22. n. 21. Et dixit ad me, vade; quoniam ego in nationes longè mittam te.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE III. usque ad Vers. 25.

27. Vers. 21. Et dixit ad me, scilicet Dominus, Vade a loco isto, Quoniam ego in nationes longè. Syriac. Proficiscere quoniam missurus sum

In malis resplendet virtus Pauli. Sum te procul. Tria hic maxime resplendent in Paulo; 1. Charitas in suos, quia volebat in Jerusalem sibi immorari, ut eos doceret, ac illuminaret, 2. Eius summa obedientia ad Dei imperium; ita ut perfecte obediens nihil respondit, 3. Eius generositas, quia se ostendit paratum, ad eundem ad nationes procul, ac longe distantes, multum laudatur Abraham quia ad vocem Dei. Exi de terra, & veni in terram, quam monstravero tibi. Gen. 12. n. 1. Egredessus est nesciens unam terram determinatam, at Paulus plures nesciens, & distantes, ad quas mitteretur, nesciens egreditur.

28. Vers. 22. Audiebant autem eum, tamquam auscultantes vocem Pauli, quam tamquam inanem, & fœtilem reputabant, ac cum ventum est ad illud verbum proficiscere ad gentes non potuerunt susurrare, sed valde irribundi facti sunt; quia videbant se ipsos contemptos, & tamquam à Deo reprobatos, & gentes sibi ipsis esse prælatas, & ideo clamant.

29. Clamabant: Tolle de terra hujusmodi hominem Arabic. Extirpa huiusmodi hominem. Syriac. Nec oportet eum vivere. Paulus omnimode affectabat eorum spirituale vitam, Judæi vero eum interficere, pro quantum distat mens iustorum à consilio peccatorum.

30. Vers. 23. Vociferantibus autem eis. Æthiopic. Et cum indignarentur clamant, ait Lyran. ut per clamorem obtinerent, quod per rationem non poterant proficientibus vestimenta sua, quia lapides in manibus non habebant, tum ob reverentiam Tribunali, in cuius erant præsentia eum non lapidant in sed tantis, & talibus signis ostendunt detestationem, ac execrationem verborum Pauli.

31. Vers. 24. Jussit Tribunus duci in castra, scilicet arcam Antomaim, de qua supra dixi superiori cap. vers. 34 & Paulus erat in gradibus ipsius arcis loquens ad populum, ut patet ex eodem superiori cap. vers. 40. Et flagellis cædi Syriac. Ut flagellis inquireretur. Græcus, O flagellis interrogaretur. Cur populus sic clamabat contra eum, valde inique tribunus agit contra Paulum, dum eum cum tortura interrogat de clamore populi potius populus vel aliquis de populo erat interrogandus, ob quam causam ita fortiter contra Paulum clamabant, & postulabant ad mortem.

32. Vers. 25. Et cum adstrinxissent eum loris. Syriac. Et quum extendissent eum loris, ad lignum seu paliolum, ut verberaretur, in hoc etiam Paulus passionis Christi sequitur vestigia, sicut ille alligatus fuit ad columnam.

33. Si hominem Romanum indemnatum licet vobis flagellare. duplex grande crimen commisit tribunus; primo quod absque eo quod causa fuerit iudicata, ventilata, ac determinata, iusserit Paulum flagellari, quod erat gravis injuria, gravisque poena, 2. Violabat jus Romanum, quamvis enim Paulus esset natus Tharsi; quæ Romana Civitate donata erat, atqui Paulus romano privilegio fruebatur, utpote in illo natus, quod erat valde magnum, cum roma toto dominaretur Orbe de quo dixi supra, c. 16. ad vers. 37. & iterum latius infra q. 6

QUÆSTIO V.

Quare isti Ierosolymitani projiciebant vestimenta sua iactantes pulverem in ære?

34. Hoc faciebant, inquit glossa Interlinealis, in lignum mœroris, & tristitiæ, sicut negotian-

tes videntes incendium Babiloniæ Miserunt pulverem super capita sua. Apocalyp. 18. n. 19. Secundo Lyran. In signum magnæ detestationis, ac execrationis. Tertio Caiet. ut iudicaret Paulum esse perturbatorem, non solum terræ, sed etiam æris ac Cœli. Quarto Carthusian. in signum, quod Paulus sua doctrina dabat principium ad magnam pugnam, ac dissensionem; nam antiquitus spargere pulverem in Cœlum erat signum belli, ac dissensionis; Quinto alii, ac si Paulus esset blasphemus contra Deum, ac locum Sanctum

Sexto, & verius b Chrysolost ut ita extorquerent sententiam damnationis à tribuno contra Paulum huic sententiæ adherent Sanchez, Cornelius, & alii, ardentissimè isti postulabant Paulum ad mortem vocibus clamabant, tolle eum etiam multis actionibus, ac operibus, abjectis nempe vestimentis, & fortè etiam præcisus iacentibus pulverem in ære, atque omni modo possibili rapiebant illum ad mortem

Unde illis tantus ignis ardor contra Paulum? quia sibi persuadebant, ut innuit Oecumen. quod Paulo extincto firmabatur eorum secta, legalismus, & tranquillitas pacis Civitatis, sed inde sibi maxime omnem ruinam, & excidium sollicitabant nam ex persecutione facta, a postolis Ierosolymitana devastatio accelerata est, & unde iniquus putat habere subsidium, inde sibi parat laqueum, ut ait D. August. lib. 5. de Civitate dei.

Ait Oseas 5. n. 13. Vidit Ephraim languorem suum, & Juda vinculum suum, & abiit Ephraim ad Assur, & misit ad Regem ultorem. Vidit Ephraim quod ejus vires deficiebant, & Juda vinculum suum seu ut ex Hebræo legitur, Colligationem suam ad captivitatem tum in arcto positus abiit quærens, ac petens auxilium ad Regem ultorem sive intelligas cum Theodoreto, Lyrano ac aliis Regem Chaldeum, sive cum theophyl acto, Leone à Castro Romano tamen si abiit Regem petens ab eo auxilium, & protectionem, quæ maxime sunt signa amicitie, & confederationis, cur non ait, misit ad Regem amicum, sed ad Regem ultorem, ac vindicem, sicut ut amicus, ac defensor reputabatur cur non ait ad amicum Regem, sed ait ad ultorem, quod importat totius malevolentie, ac iræ furorem, non Regem amicum, sed ulcorè dicit. prævidebat propheta, quod ab ipsismet, quos ut amicos iudicabat iram Dei esse servitutam, ut vel à Chaldis captivuducerentur, vel à Romanis extremum paterentur excidium, & unde defensionis scutum sperabit, ibi in lanceas, ac gladios interfecionis inciderunt, atque ultrices iræ Dei ministros invenerunt. Rupert.

Abbas ibi, Signanter cum dixisset, Misit ad Regem, addit ultorem, vehementer illius populi redarguens insipientiam, qui cum irato Deo molitur sibi acquirere hominem auxiliatorum, incurrit eundem Dei ultorem, Deus enim hoc agere consuevit, ut ad quem confugit, ab eodem potissimum capiat. Cum deus vellet, ut Rex Achab ob sua peccata disparetur, & periret in prælio, & Deus staret, ac assisteret coram omnibus suis Ministris à dextris & à sinistris, dixit Dominus quis exiet, & decipiet Achab, dixit Spiritus malignus, & nequam. Ego decipiam, & in quo decipies ait Dominus. Tunc ille, Egrediar, & ero spiritus mendax in ore Prophetarum ejus. Reg. 22. n. 22. Negotium agebatur de decipiendo Achab, cur non ait ille malignus, Ego decipiam Achab, ego excitabo in eo imaginationem erroneam, ut inde pereat, sed totas ipsas deceptiones, ac falsitates conjecit, n ore Prophetarum ejus, alto Dei iudicio omnia disponebantur

Unde im- pius sperat de decipiendo Achab, cur non ait ille malignus, Ego decipiam Achab, ego excitabo in eo imaginationem erroneam, ut inde pereat, sed totas ipsas deceptiones, ac falsitates conjecit, n ore Prophetarum ejus, alto Dei iudicio omnia disponebantur

